

USUS E VERSU XIII.

- (1) Sanguinis humani ultor Deus, si minister ejusdem magistratus, suum negligenter faciat officium: Gen. IX, 6. Matth. XXIII, 33. vid. v. præc.
- (2) Non solum homicidia plenaria suum habent supplicium, verum etiam læsio proximi qualiscunq; perdentis excussorem, vulnerationem, &c. Exod. XXI, 25.
- (3) Utut Deus quandoque videatur nostri oblivisci, nostra non curare, magis ardua tractare, &c. certum tamen est, nec unicum suspirium ipsi manere incognitum. L. de precum efficacia & exauditione.
- (4) Dilatio auxilii sanctissimas suas habet causas, utut nobis absconditas.
- (5) Precatio nostra sit Clamor, h. e. seria ex imo cordis fundo conatu maximò protrusa suspiratio.

USUS E VERSU XIV.

- (1) Misericordiæ Dei omnia nostra in solidum committenda, nil meritis propriis.
- (2) Misericordia nostra aperienda Domino, ut ipsemet inspiciat vulnus, medelamque afferat morbo alioqui desperato.
- (3) Osorum nostrorum copia inserviat ad favoris tutelaque divina provocationem citiorem.
- (4) Pericula lethalia corrigere potest DEUS solus, nosque è portis mortis sublevare. Huic ergo uni nos confidamus strenue, in spem contra spem; Rom. IV, 18. nec desperantes unquam, utut trucidemur penitus: Job. XIII, 15.

USUS E VERSU XV.

- (1) Laus Dei propaganda masculè: vid. II. præcept.
- (2) Etiam in publicis congressibus per hymnos, aut piam mira liberationis nostræ commemorationem, simus divinæ pietatis præcones, eo, ut alii ad similem inflammentur fiduciam, spem, &c.
- (3) Exultatio vel gaudium omnium optimum nascitur ex Salutis Salvatorisque nostri meditatione attentæ.

USUS E VERSU XVI.

- (1) Consilium malum consultori pessimum. Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.
- (2) Nemini igitur innocuo paranda vel fovea vel rete. L. de insidiis.
- (3) Mira Dei contra astutos piorum hostes judicium. Ne ergo desperemus: wenn sieh auff's flügste greiffen an ic. neque etiam mundi tandem imitari discamus technas.

USUS E VERSU XVII.

- (1) Deus, utut aliquandiu delitescat, tempestivè tamen innotescit. utut mundus eundem aliquandiu ignoret, splendor tamen majestatis tandem invalescit

A adeò, ut omnium fortissimè perstringantur oculi, ex judiciis palpabilibus &c.

(2) Judicium Dei particulare hic & nunc exercitum, contra hunc illumvè protervum blasphemum, luronem, adulterum &c. commonesciat nos instantis judicii communis, imò & nostri proprii. L. judic. ult.

(3) Quisque fortuna sua fiber: ex tuis dictis factisque damnaberis. Si quid simile observasti ipsemet in hoc vel illo conterraneo vel alio, ne quaso oblivisci; plus enim erudimur illis, quæ proprios nostros incurrunt sensus.

USUS E VERSU XVIII.

- (1) Ultimum certissimumque impiorum hospitium est non tam sepulcrum, quam Infernus.
- (2) Cave, obliviscaris Dei prædicè. Non sufficit, biblia nosse memoriter, vel singulos articulos fidei; ubivis enim recordandum est Dei, tum ut omnisciu, tum ut Judicis justi ac severi: hunc time, ut qui in gehennam potest detrudere: Matth. X, 28.

USUS E VERSU XIX.

- (1) Egenus diversimodè diuque premitur; sed, si confidat Deo, non in æternum. DEUS suas habet & horas, & moras. Probat, sed ad tempus. L. de Cruce.
- (2) Spes non confundit (Rom. V, 4. seqq.)
- (3) Quod perditum putatur, egregiè instar sparsi seminis, suo tempore revirescit. Sic & Spes piorum.

USUS E VERSU XX.

- (1) De Dei resurrectione vid. dicta Psalm. III, 8. VII, 7.
- (2) Hominis robur, sine Dei conniventia vel virium suppeditatione, nullum. Orandum ergo, ne Deus vires hostibus concedat, aut, ut concessis abutantur, permittat; idque in ipsius Dei conniventis ignominiam, ecclesia detrimentum, infirmorum scandalum, &c.
- (3) Judicium Dei rigidum adversus incorrigibiles imploratur justè.
- (4) Contra homines oramus meritò, cum demonum non raro induant indolem, vid. preces Davidis 2. Sam. XXIV, 14.

USUS E VERSU XXI.

- (1) Deus hominibus terrorem incutere potest facilè, etiam audacissimis. vid. de Terrore panico. Gen. XXXV, 5. Jos. II, 9. IX, 24. 2. Paralip. XIV, 14. XVII, 10.
- (2) Elatis non raro immittitur magister, satis rigidus, qui ad agnitionem sui, correptione omnis generis, ipsos deducat, moresque doceat compositos. Atque sic astutior astutum, crudelior crudelem, potentior potentem videtur quandoque emendare.
- (3) Γνώσι σεαυτὸν. nosce teipsum. Legi hanc in rem poterit Dan. Dyken nosce teipsum.

PSALMI X. DISPOSITIO.

Insolens impius. Antichristus. Impius grassatur.

Q Verela hîc continetur de Dei abscon-
sione, & impiorum insolentia: adeo-
que I. optat David benignam effica-
cemque Dei præsentiam. vers. 1. proponens
hoc per flebilem interrogationem: quare
stas procul, & quidem tempore anxietatis.

II. Commemorat Impiorum insolenti-
am, quod sint. (a) Elati vers. 2. (b) injusti

innocentium persecutores, consiliis suis obruentes
ipso. ibid. (c) Jactabundi. vers. 3. dum se-
cundum desideria succedunt omnia prospere:
(d) Avari, (e) Profani blasphemique
erga Deum. ibid. (f) Iracundi, neminem
curantes, vers. 4. (g) Athei aperti: ib. (h)
Contumaces & incorrigibiles. vers. 5. (i) Judi-
ciorum Dei contemtores. ibid. (k) Audaces,

F 4

adver-